

Laub.

791. Karlus rex primum fuit in Chunia.

796 (f. 795). Adrianus papa defunctus VIII. Kal. Ianuar.

801. domnus Karlus imperator factus est.

807. eclipsis solis bis.

Aqu.

Karolus filius eius accepit regnum ultra Segonam.

790 (f. 791). Beatus Karolus primo fuit in Cunia.

791 (f. 792). Saxones interfecerunt Francos super Alpiam fluvium.

796 (f. 795). Obiit Adrianus papa.

798 (f. 799). Romani per invidiam dampnaverunt Leonem papam, qui venit in Franciam ad beatum Karolum, qui restituit eum in sedem.

799 (f. 800). Beatus Karolus Romam perrexit et pacificavit Romanos et Leonem papam, et Leo benedixit eum in imperatorem.

800 (f. 801). Beatus Karolus imperator rediens Aquis ad palacium revertitur.

801 (f. 802). Beatus Karolus imperator Aquis consilium habuit, et omnes ei generaliter fidelitatem fecerunt.

803 (f. 804). Beatus Karolus imperator cum liberis suis et Francis in Saxoniam venit et aliquos occidit, aliquos per regnum suum dispergi fecit, et Leo papa iterum in Franciam venit.

804 (f. 805). Beatus Karolus imperator misit filium Karolum cum exercitu in Winidoniam.

805 (f. 806). Beatus Karolus divisit regnum inter filios suos.

806 (f. 807). Beatus Karolus placitum habuit apud Costen¹ cum Francis.

807 (f. 808). Godefridus rex Nortmannorum cum exercitu venit in Winidoniam.

808. Beatus Karolus imperator misit filium suum contra Godefridum, qui reversus est in terram suam.

1) Die Ausgabe der Ann. S. Amandi hat nach dem verlorenen Codex von St. Denis 'ad Confflem', was offenbar aus 'Costen' (oder 'Costhem') verderbt ist. 'Costen' ist Kostheim gegenüber von Mainz; nach dem Chronicon Moissiacense, dem Mühlbacher ohne ersichtlichen Grund den Vorzug gibt (dagegen N. A. XXI, 26—29), fand die Reichsversammlung in Ingelheim statt.